

Electronic Manipulus florum Project  
www.manipulusflorum.com

Predicacio bg  
cum uariis

Solent mercatores duabus mensuris uti quandoque: una qua uendentes sua distribuunt que minor est, altera uero qua ementes aliena recipiunt, sed hec maior est: maiorem sibi, minorem proximo. Sic quidam prelati auaricie et uoluptatis mensura utentes, nimie parcitatis uasculo subiectis ministrant, ipsi autem pleno superfluitatis utentes modio; parcitatem predicant subiectis sed ipsi uoluptatem sequuntur.

Hugo libro II. de claustro anime.

---

Varia in MANUSCRIPTIS (B C M) et in IMPRESSIS (P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>):

qua *om.* B; ementes] mentes P V<sup>1</sup>; uoluptatis] uoluptati (*cor. supra lin.*) M; pleno] plene M